



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio CLXXXII. De comparatione vitę actiuę ad contemplatiuam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

nem competit adm-
nistratio inferioris
creaturae: & propte-
rea eis conuenit illu-
minare inferiores.
Homo uero quia lec-
cundum naturam ordi-
nem non est admi-
nistratio inferioris
creaturae, nec homi-
ni promissa est simi-
ludo cum angelis,
quod ad ea quae spe-
ctant ad ordinem na-
turae, quale est esse
administratum in-
ferioris creaturae: ideo
hominibus beato non
conuenit illuminare.
Ex
quibus collige respō-
sionem litera q. cum
in beatus sit duorum
notitia. I. ipsius Dei,
qua essentia beati-
tudinis. & ministerio-
rum Dei, quae medi-
antibus angelis exequi-
tur in hoc mundo, quod
ad primam notitiam
nec homo, nec ange-
lus illuminat alium
inferiorem: quod ad
sanctorum uero noti-
tiam, non hominis, sed
angelus est illuminare:
quia ad angelorum
& non hominum of-
ficiū hoc spectat.
Nec fallaris ex hoc,
putans homines bea-
tos, puta, sanctum
Petrum, numquam
diuina dispensatione
circa nos aliquid ope-
rari. hoc enim ab hac
quaestione alienum
est, quoniam de bea-
tis inter se q. sitio est.
An autem sancti ali-
quid immediate per
se ipsos, uel per ange-
lorum ministerium,
qui nomine illorum
sanctorum se uocant,
nos quandoque illu-
minant, aut circa nos
aliquid operentur, non
facile diuini, quan-
doquidem ratio praedi-
cta ducit ad parte
negatiuam: dispensa-
tio autem diuina ad
partem affirmatiuam.
Legimus enim, quod
multa corpora san-
ctorum surrexerunt
cum Christo, & ap-
paruerunt multis, pro-
culdubio beati: cum
essent sancti, & reitru-
rectionem Christi
(apparendo multis)
attestantes. Et propte-
rea non incongrue
dici posse uidentur, q.
ordo caelestis patrie
beatorum inter se
numquam uariatur,
ut auctor in 1. lib. do-
cuit, eo q. uariatio il-
la miraculose fieret.
Et cum miracula fiat
propter utilitatem, ut
Apostolus docet, fru-

in futura uita, in qua similes eri-
mus angelis, poterit esse doctri-
na, sicut & in angelis esse uis, quo-
rum unus alium illuminat, pur-
gat, & perficit, quod refertur ad
scientiae assumptionem, ut patet
per Dionys. 7. c. caelest. hierarch.
* ergo uidetur quod uita actiua
remaneat post hanc uitam.

¶ 3. Præter illud quod de se est du-
rabilibus, magis uis posse post
hanc uitam remanere: sed uita
actiua uis esse de se durabilior di-
cit. n. Greg. super Ezech. * q. in
uita actiua fixi permanere possu-
mus: in contemplatiua autem
intenta mente manere nullo
modo ualemus. ergo multo ma-
gis uita actiua potest manere
post hanc uitam, quam contem-
platiua.

SED CONTRA est, quod Gre-
g. dicit super Ezech. † Cum præ-
senti seculo uita aufertur actiua:
contemplatiua autem hic inci-
pit, ut in caelesti patria perfici-
atur.

RESPON. Dicendum, q. sicut
supra dictum est, uita actiua ha-
bet finem in exterioribus acti-
bus, qui si referantur ad quietem
contemplationis, iam pertinent
ad uitam contemplatiuam. In
futura autem uita beatorum
cessabit occupatio exteriorum
actuum: & si qui actus exte-
riores sint, referentur ad finem
contemplationis. Vt enim August.
dicit in si. de ciuit. Dei. * Ibi uaca-
bimus, & uidebimus: uidebi-
mus, & amabimus: amabimus,
& laudabimus. Et in eodem †
si. præmittit, quod ibi Deus sine
fine uidebitur, sine fastidio ama-
bitur, sine fatigatione laudabi-
tur. Hoc munus, hic affectus, hic
actus erit in omnibus.

AD PRIMUM ergo dicendum,
q. sicut supra dictum est, uirtu-
tes morales manebunt non se-
cundum actus, quos habent cir-
ca ea quae sunt ad finem, sed se-
cundum actus quos habent cir-
ca finem. Huiusmodi enim actus
sunt secundum quod consti-
tuunt quietem contemplatio-
nis, quam August. † in præmissis
uerbis significat per uacationem,
quae est intelligenda non solum
ab exterioribus tumultibus, sed
etiam ab interiori perturbatio-
ne passionum.

AD II. dicendum, q. uita con-
templatiua, sicut supra dictum
est, præcipue consistit in con-
templatione Dei: & quantum
ad hoc, unus angelus alium non

docet, quia ut dicitur Matth. 18.
de angelis pusillorum, qui sunt
inferioris ordinis, q. semper ui-
dent faciem Patris. Sic & in fu-
tura uita nullus hominum alium
docebit de Deo, sed omnes ui-
debimus eum sicuti est ut ha-
bitur 1. Ioan. 3. Et hoc est quod
Hier. 3. dicitur, non docebit ul-
tra uir proximum suum, dicens,
Cognosce Dominum. Omnes enim
me a minimo eorum usq. ad ma-
ximam uisionem ad dispensationem
Dei unus angelus docet alium, par-
ticipando, & perficiendo: & secundum hoc
quid de uita actiua quantum mundum
q. administrationi inferioris creaturae
quod significatur per hoc, q. laudat
in scala ascendentes, quod pertinet ad
uisionem: & descendentes, quod pertinet ad
uisionem. Sed sicut dicit Greg. 2. moral. 1. 1.
uina uisionis foris exiunt, ut interne
uisionis gaudijs priuentur: & ideo in
guitur uita actiua a contemplatiua
qui per opera uita actiua impediunt
uisionem. Non autem promittitur nobis
angelorum quantum ad administratio-
nem inferioris creaturae, quae nobis non conuenit
ordinem naturae nostrae sic conueni-
lis, sed uisionem Dei.

AD III. dicendum, quod durabilior
uita in statu praesenti, excedens durabilior
contemplatiua, non prouenit ex proprio
quae uita secundum se consideratur, sed ex
nostris, qui ex corporis grauitate retrahunt
uisionem contemplationis. Unde dicitur
Grego. quod ipsa sua infirmitate ab
tanta celsitudine repulsi animi in
relabitur.

DE COMPARATIONE uita actiua ad
contemplatiuam, in quatuor arti-
culis diuisa.

PRIMUM considerandum
est de comparatione
uita actiua ad contem-
platiuam.

ET CIRCA hoc quatuor
quatuor.

PRIMUM. Quae sit potior, uel di-
gnior.

SECUNDO. Quae sit maioris mo-
riti.

TERCIO. Vtrum uita contem-
platiua impediatur per acti-
uam.

QUARTO. De ordine uirtutum.

ARTICVLVS PRIMVS
Vtrum uita actiua sit potior quam
contemplatiua.

AD PRIMUM sic proceditur
Ad uita actiua sit potior
contemplatiua. Quod. n. est me-
liorum, uis esse honorabilis &
melius, ut Philo. dicit in 3. topi-
co. * sed uita actiua pertinet ad
maiores. Sed praeterea, qui sunt

Ca. 7. a me-
dio, & ca. 6.
eclie. hic-
car. a med.

Hom. 6. post
med. illius.

Homil. 14.
post med.
illius.

Art. 1. huius
quaest.

L. 22. c. 11.
circa h. 10. 5.

L. 22. ca. 11.
inter princ.
& med. 10. 5.

1. 1. q. 67. ar-
ticul. 1.

In corp. ar.

Q. Praeced.

ad hoc. ergo est simpliciter melior. An ecedens probatur. quia quilibet tenetur præferre actionem ut quid melius etiam sibi. contemplationi. Consequenter vero probatur. quia principale in utraque vita est meritum. ac per hoc in quo est maius meritum. Secundo. quia illud est simpliciter melius. quod homini bene dispositis est melius. iuxta Philosophum in primo Politico. sed vita actiua prælatorum est melior hominibus bene dispositis. ergo est simpliciter melior. Probatur minor. quia est melior hominibus virtutibus præditis apud ad gubernandum alios. atque coactus ad hoc. Tertio. Opera propria statum perfectiori præferenda sunt operibus statum minus perfecti. ut meliora minus bonis. quia proprium operum perfectio responda sunt operibus perfectioribus. sed opera vitæ actiue sunt propria statum prælatorum. qui est perfectior statum religiosorum vacantium vitæ contemplatiue. ergo vitæ actiua simpliciter est perfectior contemplatiua.

Ad hunc evidentiam sciendum est. quod argumenta hæc nihil contra doctrinam auctoris procedunt: quoniam manifeste forte in solo uocabulo diffonat quantum ad conclusionem. Veruntamen singularem soluenda sunt. præmittendo quod melius simpliciter appellatur. quod est melius ex suo genere. hoc est. ex sua propria & substantiali natura. Sicut enim in naturalibus unum melius alio simpliciter dicitur. puta. albedinem nigredine. hominem Leonem &c. & similibus in moralibus substantiam meliorem temperantiam. & in theologalibus charitatem meliorem fide & spe dicitur. Et propterea cum de uita actiua & contemplatiua queritur que harum sit melior. illa simpliciter dicitur est melior. quæ ex suo genere perfectior est. cetera. n. nobilitates. seu bonitates. ad perfectionem

in honore & potestate constituti. unde Aug. dicit 19. de ciui. Dei. quod in actione non amandus est honor in hac vita sine potentia. ergo uidetur quod vitæ actiua sit potior quam contemplatiua.

¶ 2. Præter. In omnibus habitibus & actibus præcipere pertinet ad potiorē. sicut militaris tamque potior præcipit frætorum facticis. sed ad vitam actiuam pertinet disponere & præcipere de contemplatiua. ut patet per illud quod dicitur Moyli Exod. 19. Descende. & contecta re populum. ne forte velit transgredere propofitos terminos ad uidentem Deum. ergo vitæ actiua est potior quam contemplatiua.

¶ 3. Præter. Nullus debet abstrahi à maiori. ut applicetur minoribus. Apostolus. n. dicit 1. ad Corint. 12. Aemulamini charifimata meliora: sed aliqui abstrahunt à statu vitæ contemplatiue. & occupantur circa uitam actiuam. ut patet de illis qui transferuntur ad statum prelationis. ergo uidetur quod vitæ actiua sit potior quam contemplatiua.

SED CONTRA est. quod Dñs dicit Luc. 10. Maria optimam partem elegit. quæ non auferetur ab ea: per Mariam autem significatur uita contemplatiua. ergo cōtemplatiua uita potior est quæ actiua.

RESPON. Dicendum. quod nihil prohibet aliquid secundum se esse excellentius. quod tamē secundum quid ab alio superatur. Dicendum est. ergo quod uita cōtemplatiua simpliciter melior est quæ actiua.

Quod Philo. in 10. *Ethi. probat octo rationibus. quarum prima est: quia uita contemplatiua conuenit homini secundum illud quod est optimum in ipso. scilicet secundum intellectum. & respectu propriorum obiectorum. scilicet intelligibiliū: uita autem actiua occupatur circa exteriora. Unde Rachel. per quam significatur uita contemplatiua. interpretatur uisum principium: uita autem actiua significatur per Liam. quæ erat lippis oculis. ut Greg. dicit 6. moral. ¶ Secundo. quia uita contemplatiua potest esse magis continua. licet non quantum ad summum cōtemplationis gradum. sicut supra dictum est. * Unde Maria. per quam significatur uita contemplatiua. describitur secus pedes Dñi assidue sedens. Tertio. quia maior est delectatio uitæ contemplatiue. quam actiue. Unde Aug. dicit in lib. de uerb. Domini. ¶ Martha turbabatur. quia in uita cōtemplatiua est ho-

mo magis sibi sufficiens. quia paucioribus ad eam indiget. Unde dicitur Luc. 10. Martha. Martha sollicita es. & turbaris erga plurima. Quinto. quia uita contemplatiua magis propter se diligitur. uita autem actiua ad aliud ordinatur. Unde in Pl. 26. dicitur. Vnam petijam Domino. hanc requiram. ut inhabitarem in domo Dñi omnibus diebus uitæ meæ. ut uideam uoluntatem Dñi. Sexto. quia uita contemplatiua consistit in quadam uacatione & quiete. sicut illud Pl. 45. Vacate. & uidete. quoniam ego sum Deus. Septimo. quia uita contemplatiua est secundum diuinam. uita autem actiua est secundum humanam. Unde Aug. dicit in li. de uerbis Domini. * In principio erat uerbum: ecce quod Maria audiebat. Verbum caro factum est: ecce cui Martha ministrabat. Octauo. quia uita contemplatiua est secundum id quod est magis proprium homini. scilicet secundum intellectum: in operationibus autem uitæ actiue cōmunicant etiam inferiores uires. quæ sunt nobis & brutis communis. Unde in Pl. 35. postquam dictum est: Homines & iumenta saluabis Domine. subditur id quod est hominibus speciale. In lumine tuo uidebimus lumen. Nonnam rationem addit Dominus Luca 10. cum dicit. Optimam partem elegit Maria. quæ non auferetur ab ea: quod exponens Aug. in lib. de uerbis Domini. * dicit. Nō tu malum. sed illa meliorem. Audi unde meliorem: quia non auferetur ab ea. A te autem auferetur aliquando onus necessitatis: æterna est dulcedo ueritatis. Secundum quid tamen & in casu est magis eligenda uita actiua propter necessitatem præsentis uitæ. Sicut etiam Philosopho. dicit in 3. Topic. * quod Philosopho est melius quam ditari. sed ditari melius necessitatem patienti.

AD PRIMUM ergo dicendum. quod ad prælatum non solum pertinet uita actiua. sed etiam debent esse excellentes in uita cōtemplatiua. unde Greg. dicit in pastoral. * Sicut rector actione præcipuus. præcitus in contemplatione suspensus.

AD SECUNDUM dicendum. quod uita contemplatiua in quadam animi libertate consistit. Dicit n. Greg. super Ezech. * quod uita contemplatiua ad quandam libertatem mentis transit. tpalia non cogitans. sed æterna. Et Boe. dicit in 5. de consolatione. ¶ Humanas animas liberes esse necesse est. cū se in mē-

secundum quid spectant. Et quoniam constat. quod vitæ cōtemplatiue secundum genus suum perfectior est quam uita actiua. ideo auctor conclusionem principale uerissimam posuit. Et quia ad hoc per accidens. seu extraneè se habet ratio meriti. quoniam ex charitate illud pendet. & quantitas meriti ex quantitate charitatis. ut patet ex hoc. quod opus melius ex suo genere contingit esse minoris meriti. ut si quis in sacrificio ex minori charitate Deo offerat. quam alter continenter bibat: ideo rationes Aristotelis & aliorum philosophorum. quæ naturam actus ex suo genere pensant. non modicum. sed sufficienter ualent apud catholicos.

Unde ad primam objectionem contra ipsam conclusionem dicitur. quod illa propositio. Opus maioris meriti est melius. distinguenda est. quia uel intelligitur de bonitate substantiali ipsius operis. & similiter de merito. ceteris paribus: uel intelligitur de bonitate accidentali. seu de merito. ceteris imparibus. Nam si primo modo intelligitur. scilicet de substantiali bonitate & ceteris paribus. propositio est uerissima. Sed tunc minor est falsa in proposito: quoniam quado opus vitæ actiue est maioris meriti. hoc non est ob bonitatem substantialem ipsius operis. sed ratione maioris charitatis. Unde arguere ex conditione meriti ad conditionem substantialem ipsius operis. est arguere ex accidente ad substantiam. Et propterea diuus Thomas. duos distinctos articulos hic fecit. alterum comparando istas duas uitas in bonitate substantiali. & hic est primus: alterum comparando easdem in merito: & hic est secundus. quia accidentale est post substantiale. Et tamen in ipso secundo articulo probat auctor. quod uita cōtemplatiua secundum se est maioris meriti. quam uita actiua. quia diligere

In ferm. 27. circa med. tom. 10.

In ferm. 27. de uerb. Domini. parum ante med. tom. 10.

Lib. 3. c. 2. et loc. 41. r. 1.

In par. 2. c. 1.

Hom. 1. a me dio illius.

Lib. 5. profa s. circa med.

libere

diligere Deum : est maioris meriti quam diligere proximum. Vita autem contemplativa directe ordinatur ad charitatem diuine veritatis, actiua vero ad charitatem proximi: quamuis ex parte agentis, maioris quandoque meriti fit vita actiua quam contemplatiua.

¶ Ad secundam vero dicitur, q̄ maior, s. illud est simpliciter melius, quod est melius bene dispositis, est vera de bene dispositis secundum conditiones naturales, quæ ad speciem corporis, vel animæ spectant simpliciter: non autem de bene dispositis ad hoc, vel illud particulare, & sic ea vitatur Philof. Arguens autem applicat eam ad bene dispositos ad aliquid particulare, puta, ad suscipiendum regimen animarum in casu coactionis &c. Vnde de proposito dicit, quod melius homini disposito ad regimen animarum, & coacto, est melius simpliciter implicat in adiecto: quoniam afflmit subiectam secundum quid conditionatum, & prædicatum ponit simpliciter.

¶ Ad tertiam dicitur, q̄ minor propositio est falsa: quoniam ista tui prælatorum non sunt propria opera vitæ actiue: sed statui eorum conueniunt & opera vitæ contemplatiue, vt August. & Grego. expresse dicunt. Et propterea sicut status prælatorum neque actiuus, neque contemplatiuus est, sed ex vitro que nullus (est enim tertium viuendi genus, vt August. dicit) ita proculdubio opus multum, quod est proprium prælati, s. contemplari, & agere, perfectius est, quam opus contemplatiuum, & quam opus actiuum. Vnde & Dominus non dixit de Maria, q̄ optimum sibi elegit, sed quod elegit sibi optimum partem. Melior est enim pars contemplatiua, q̄ pars actiua. Veraque tamen parte melius est ipsum totum, quod proprium est statui prælatorum: vnde de hoc gratis conce-

dit diuina speculatione conferunt, minus vero cum dilabuntur ad corpora. Vnde patet q̄ vita actiua non directe præcipitur vitæ contemplatiue, sed disponendo ad vitam contemplatiuam præcipitur quædam opera vitæ actiue, in quo magis seruit vitæ contemplatiue, quam dominetur. Et hoc est quod Greg. dicit super Ezech. q̄ actiua vita seruitus, contemplatiua autem libertas vocatur.

Ad III. dicendum, q̄ ad opera vitæ actiue interdum aliquis a contemplatione auocatur propter aliquam necessitatem presentis vitæ, non tamen hoc modo q̄ cogatur aliquis totaliter contemplationem deserere. Vnde August. dicit 19. de ciuit. Dei. * Otium sanctum quærit charitas veritatis: negotium iustum. s. vitæ actiue suscipit necessitas charitatis. Quam sarcinam si nullus imponit, percipiendæ atque inueniendæ vacandum est veritati. Si autem imponitur, suscipienda est propter charitatis necessitatem: sed nec sic omnino veritatis delectatio deserenda est, ne subtrahatur illa suauitas, & opprimat ista necessitas. Et sic patet quod cum aliquis a contemplatiua vita ad actiuam vocatur, non hoc fit per modum subtractionis, sed per modum additionis.

ARTICVLVS. II.

Vtrum vita actiua sit maioris meriti quam contemplatiua.

AD SECVNDVM sic procedit. Vt, q̄ vita actiua sit maioris meriti q̄ contemplatiua. Meritum enim dicitur respectu mercedis, merces autem debetur labori, s. illud 1. ad Corinth. 3. Vnusquisq̄ propriam mercedem accipiet secundum suum laborem: sed vitæ actiue attribuitur labor, contemplatiue vero quies, dicit. n. Grego. super Ezechiel. * Ois qui ad Deum conuertitur, prius necesse est vt desudet in labore. i. Liam accipiat, vt post ad videndum principium in Rachel amplexibus requiescat. ergo vita actiua est maioris meriti q̄ contemplatiua.

¶ 2. Præter. Vita contemplatiua est quædam inchoatio futuræ felicitatis. vnde super illud Ioan. vii. Sic eum volo manere donec veniam, dicit Aug. Hoc aperius dici potest. Perfecta me sequatur actio informata meæ passionis exem-

F plo: inchoata vero contemplatio maneat donec venio, perficienda cum uenero. & Greg. dicit super Ezechiel. q̄ contemplatiua uita hic incipit, ut in celesti patria perficiatur: sed in illa futura uita non erit status merendi, sed recipiendi pro meritis, ergo uita contemplatiua minus ut habere de ratione meriti q̄ uita actiua, sed plus habet de ratione præmi. ¶ 3. Præter. Greg. dicit super Ezechiel, * q̄ nullū sacrificium est Deo magis acceptum, q̄ zelus animarum: sed per zelum animarum aliquis se conuertit ad studia vitæ actiue. ergo uidetur q̄ uita contemplatiua non sit maioris meriti quam actiua.

SED CONTRA est, quod Grego. dicit in 6. moralium. Magna sunt actiue uitæ merita, sed contemplatiue potiora.

RESPON. Dicendum, q̄ ratio merendi est charitas, sicut supra habitum est. Cum autem charitas consistat in dilectione Dei & proximi, sicut supra habitum est, Deum diligere secundum se est magis meritorium, quam diligere proximum, ut ex supra dictis patet. & ideo illud quod directius pertinet ad dilectionem Dei, magis est meritorium ex suo genere, quam id quod directe pertinet ad dilectionem proximi propter Deum. Vita autem contemplatiua recte & immediate pertinet ad dilectionem Dei, sicut dicitur in 1. ad Corinth. 13. Dicit enim * August. 19. de ciuit. Dei. sanctum scilicet contemplatiuum, uita actiua inquit, uita contemplatiua inquit, sicut dicitur in 1. ad Corinth. 13. actiua directius ordinatur ad dilectionem Dei, quia satagit circa frequenter merendum, sicut dicitur Luc. 10. Et ideo ex suo genere actiua uita est maioris meriti quam contemplatiua, sicut dicitur in 1. ad Corinth. 3. Homo super hoc dicit, Contemplatiua est maior meriti, hæc in usu presentis operis laboris, hæc in usu futuræ uitæ. Vnde dicitur in 1. ad Corinth. 13. est proximi subuenire illa uero laboris, turā iam requie degulatur. s. contemplatiua. Potest tamen contingere, q̄ aliquis in opere actiua plus mereatur q̄ alius in opere contemplatiua, puta, si propter abundantiam diuine uoluntatis implicatur propter ipsius gloriam, sicut dicitur in 1. ad Corinth. 13. tps separari, sicut Apost. dicit ad Romanos. ego ipse anathema esse a Christo, quod exponens * Chrysim lib. de contemplatiua dicit. Ita totam mentem eius demerenda dicit. Ita totam mentem eius demerenda dicit. Ita totam mentem eius demerenda dicit. Ita totam mentem eius demerenda dicit.

K ita placeret Christo, contemneret. AD PRIMUM ergo dicitur q̄ laboris meritum ad augmentum præmi accenditur, meritum meriti respectu præmi est principaliter in charitate, cuius quædam

2. dist. 25. q. 2. circa finem 20m.

2. dist. 25. q. 2. circa finem 20m.

Homil. 14. a medio.

labor exterior toleratus propter Christum: sed multo expressius eius signum est, quod aliquis pratermissis omnibus quæ ad hanc vitam pertinent, soli diuinæ contemplationi vacare delectetur.

AD II. Dicendum, quod in statu felicitatis futura homo peruenit ad perfectum: & ideo non relinquitur locus proficiendi per meritum. Si tamen relinqueretur, esset efficacius meritum pro maiore charitate. Sed contemplatio presentis uitæ cum quadam imperfectione est, & adhuc habet quo proficiat: & ideo non tollit rationem merendi, sed augmentum meritificat propter maius exercitium charitatis diuinæ.

AD III. Dicendum, quod sacrificium spiritualiter Deo offertur, cum aliquid ei exhibetur. Inter omnia autem bona hominis Deus maxime acceptat bonum humanæ animæ, ut hoc sibi in sacrificium offeratur. Offerre autem debet aliquis Deo, primo quidem animam suam, secundum illud Eccle. 3. Misereere animam tuam placens Deo. Secundo autem, animas aliorum, sicut illud Apo. vlt. Qui audit, dicat ueni. Quanto autem homo animam suam, uel alterius propinquius Deo coniungit, tanto sacrificium est Deo magis acceptum. Unde magis acceptum est Deo, quod aliquis animam suam, & aliorum applicet contemplationi, quam actioni. Per hoc ergo quod dicitur, quod nullum sacrificium est Deo magis acceptum, quam zelus animarum, non praefertur meritum uitæ actiue merito uitæ contemplatiue: sed ostenditur magis esse meritorium, si quis offerat Deo animam suam, & aliorum, quam quicumque alia exteriora dona.

ARTICVLVS. IIII.

Utrum uita contemplatiua impediatur per uitam actiuam.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod uita contemplatiua impediatur per uitam actiuam. Ad vitam enim contemplatiuam necessaria est quadam uacatio mentis, secundum illud Psal. Vacate, & uide te quoniam ego sum Deus: sed uita actiua habet inquietudinem secundum illud Lucæ 10. Martha, Martha sollicita es, & turbaris erga plurima. ergo uita actiua contemplatiuam impedit.

¶ 2. Præterea. Ad uitam contemplatiuam requiritur claritas uisionis: sed uita actiua impedit uisionis claritatem, dicitur enim Greg. super Ezechielem, quod lippa est secunda, quia dum occupatur in opere, minus uidet. ergo uita actiua contemplatiuam impedit.

¶ 3. Præterea. Vnum contrariorum impeditur per aliud: sed uita actiua & contemplatiua uidentur contrarietatem habere adinuicem, quia uita actiua occupatur circa plurima: uita autem contemplatiua insiluit ad contemplandum unum, unde ex opposito diuiduntur. ergo uidetur, quod uita contemplatiua impediatur per actiuam.

SED CONTRA est, quod Greg. dicit in 6. moralium. Qui contemplationis arcem tenere desiderat, prius se in campo per exercitium operis probent.

RESPON. Dicendum, quod uita actiua potest considerari quantum ad duo. Vno modo, quantum ad ipsum studium, & exercitium exteriorum actionum: & sic manifestum est, quod uita actiua impedit contemplatiuam, in quantum impossibile est, quod aliquis simul occupetur circa exteriores actiones, & diuinæ contemplationi uacet. Alio modo, potest considerari uita actiua quantum ad hoc, quod interiores animæ passionibus componit & ordinat: & quantum ad hoc uita actiua adiuvat ad contemplationem, quæ impeditur per inordinationem interiorum passionum. Unde Greg. dicit in 6. moralium. Cum contempla-

tionis arcem aliqui tenere desiderant, prius se in campo per exercitium operis probent, ut solcite sciant si nulla iam mala proximis irrogant, si irrogata a proximis æquanimiter portant, si oblati bonis temporalibus nequaquam mens lætitia soluitur, si subtrahtis non nimio merore fauciantur. Ac deinde perpendat, si cum ad semetipsos introrsus redeunt, in eo quod spiritualia rimantur, nequaquam secum rerum corporalium umbras trahant, vel fortasse tractas manu discretioris abigant. Ex hoc ergo exercitium uitæ actiue confert ad contemplatiuam, quod quietat interiores passionibus, ex quibus phantasmata proueniunt, per quæ contemplatio impeditur. Et per hoc patet responsio ab obiecta. Nam rationes illæ procedunt quantum ad ipsam occupationem exteriorum actuum, non autem quantum ad effectum, qui est moderatio passionum.

ARTICVLVS IIII.

Utrum uita actiua sit prior, quam contemplatiua.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod uita actiua non sit prior, quam contemplatiua. Vita enim contemplatiua directe pertinet ad dilectionem Dei, uita autem actiua ad dilectionem proximi: sed dilectio Dei præcedit dilectionem proximi, in quantum proximus propter Deum diligitur, ergo uidetur, quod etiam uita contemplatiua sit prior, quam actiua.

¶ 2. Præterea. Greg. dicit super Ezechielem. Sciendum est, quod sicut bonus ordo uiuendi est, ut ab actiua in contemplatiuam tendatur, ita plerumque uiliter a contemplatiua animus ad actiuam reflectitur. Non ergo simpliciter uita actiua est prior, quam contemplatiua.

¶ 3. Præterea. Ea quæ diuersis competunt, non uidentur ex necessitate ordinem habere: sed uita actiua & contemplatiua diuersis competunt, dicit enim Grego. in 6. Moral. Sæpe qui contemplari Deum quiete poterant, occupationibus preffi ceciderunt: & sæpe qui occupati bene uisibus humanis uiuerent, gladio suæ quietis extincti sunt. non ergo uita actiua prior, est quam contemplatiua.

SED CONTRA est, quod Gregor. dicit in 3. homi. super Ezechiel. Actiua uita prior est tempore, quam contemplatiua: quia ex bono opere tenditur ad contemplationem.

RESPON. Dicendum, quod aliquid dicitur esse prius dupliciter. Vno modo, secundum suam naturam. Et hoc modo uita contemplatiua est prior, quam actiua, in quantum prioribus & melioribus insiluit: unde & actiuam uitam mouet & dirigit. Ratio enim superior, quæ contemplationi deputatur, comparatur ad inferiorem quæ deputatur actioni, sicut uir ad mulierem, quæ est per uirum regenda, ut August. dicit 12. de Trin. Alio modo, est aliquid prius quo ad nos, quod est prius in uia generationis: & hoc modo uita actiua est prior, quam contemplatiua, quia disponit ad contemplatiuam, ut ex supra dictis patet. Dispositio enim in uia generationis præcedit formam, quæ simpliciter & sicut suam naturam est prior.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod uita contemplatiua non ordinatur ad qualemcumque dilectionem Dei, sed ad perfectam: sed uita actiua est necessaria ad dilectionem proximi qualemcumque. Unde Greg. dicit in 3. homi. super Ezechielem. Sine contemplatiua uita intrare possunt ad celestem patriam, qui bona quæ possunt operari, non negligunt: sine actiua autem intrare non possunt, si negligunt bona operari, quæ possunt. Ex quo etiam patet, quod uita actiua præcedit contemplatiuam, sicut id quod est commune omnium, præcedit

Homil. 14. a medio.

Li. 6. moral. c. 26. parum a prime.

Homil. 3. no multum procul ante medium.

Lib. 14. ca. 1. & 12. ca. 14. rom. 3.

Q. 181. art. 1. ad 3.

Homil. 3. parum ante medium.

Super Quaestione censuram ad hunc materiam.

Incipit decima & vlt. pars huius operis, tractas de officiis ac statibus hominum: in qua quaestione statim occurrit dubium circa significationem status, pro quanto in litera dicitur, quod respicit obligationem personae nominis, prout, scilicet, aliud est sui, vel alieni iuris, & hoc ex causa permanente. Est siquidem de hoc quaestio, & cum extraneis aliam significationem tribuentibus statui, ut patet de Henrico de Gandauo in 12. quolibeto. Et nihilominus est quaestio absolute de veritate huius significationis. Vnde nos primam quaestionem relinquimus, quoniam esset certare de vocibus. Secunda autem, an scilicet, assignata ab autore significatione sit solida, tractanda est: habet enim multas obiectiones. Cum enim in litera dicatur, quod status tam in ciuilibus, quam in spiritualibus spectat ad libertatem, vel seruitutem, statim apparet contradictio in ipso progressu litterae. Nam libertas nomen est status, & nullam obligationem dicit. Amplius, Seruus & libertas spiritualis, ut in 8. articulo dicitur, penes habitum iustitiae, vel peccati attenduntur: tamen in neutro est obligatio, sed sola permanentia, quale habitus causare nata est. Falsum est igitur, quod status spiritualis seruitutis, vel libertatis respiciat obligationem. Prater, status distinguitur in statum incipientium, proficientium, & perfectorum, ut patet in articulo 4. Et constat quod nec status incipientium, nec status proficientium obligationem habet. Distinguitur quoque status coniugatorum contra statum virginalem, & vidualem: & tamen solus status coniugatorum obligationem habet. Clericalis demum status, inquit Henricus distinguitur contra laicalem: & tamen neuter obligationem habet, quoniam clericus potest libere ducere uxorem viduam. Afferitur quo-

Ca. 1. 2. & 4. tom. 5.

Li. 6. cap. 26. circa prin.

Li. 6. c. 26. in 2. prin.

Li. 6. c. 27. in prin.

dit in via generationis id quod est proprium perfectorum. Ad secundum dicendum, quod a vita actiua proceditur ad vitam contemplatiuam secundum ordinem generationis: a vita autem contemplatiua rediit ad vitam actiuam per viam directionis. v. l. vita actiua per contemplationem dirigatur: sicut etiam per operationes acquiritur habitus, & per habitum acquisitum perfectius aliquis operatur, ut dicitur in 2. ethi.

Ad tertium dicendum, quod illi qui sunt proni ad passiones propter eorum impetum ad agendum, sunt simpliciter magis apti ad vitam actiuam propter spiritus in quietudinem. Vnde dicit Gregorius in 6. mora, quod nonnulli ita inquieti sunt, ut si vacationem laboris habuerint, grauius laborerent, quia tanto deteriores cordis tumultus tolerant, quanto eis licentius ad cogitationes vacant. Quidam vero habent naturaliter animi puritatem & quietem, per quam ad contemplationem sunt apti, qui si totaliter actionibus deputentur, detrimentum sustinebunt. Vnde Gregorius dicit in 6. moral. quod quorundam hominum ita otiosa mentes sunt, ut si eos labor occupationis excipiat, in ipsa operationis inchoatione succumbant: sed sicut ipse postea subdit, sepe & pigras mentes amor ad opus excitat, & inquietas in contemplatione timor refrenat. Vnde & illi qui sunt magis apti ad actiuam vitam, possunt per exercitium actiuam ad contemplatiuam preparari: & illi nihilominus qui sunt magis ad contemplatiuam apti, possunt exercitia vitae actiuae subire, ut per hoc ad contemplationem paratiores reddantur.

QVAESTIO CLXXXIII.

De officijs & statibus hominum, in quatuor articulos diuisa.



CONSEQUENTER considerandum est de diuersitate statuum & officiorum humanorum. Et primo considerandum est de officijs, & statibus hominum in generali. Secundo specialiter de statu perfectorum.

Circa primum quaruntur quatuor. Primo, Quid faciat in hominibus statum. Secundo, Vtrum in hominibus debeat esse diuersitas status, siue diuersa officia. Tertio, De differentia officiorum. Quarto, De differentia statuum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum status in suauitate importet conditionem libertatis, vel seruitutis.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod status in sui ratione non importet conditionem libertatis, vel seruitutis. Status enim stando dicitur: sed de re dicitur aliquis ratione rectitudinis, vnde dicitur Ezechiel 2. Filius hominis, sta super pedes tuos. & Gregorius dicit in 6. moral. Ab omni statu rectitudinis discreunt, qui pernoxia uerba dilabuntur, sed rectitudinem spiritalem acquirit homo per hoc, quod subijcit suam uoluntatem Deo, unde super illud Psal. 32. Rectos decet collaudatio, dicitur glo. Recti sunt qui dirigitur cor suum secundum uoluntatem Dei, ergo uidetur quod sola obediencia diuina mandatorum sufficiat ad rationem status.

¶ 2. Praet. Nomen status uidetur importare immobilitatem, secundum illud 1. ad Corin. 15. Stabiles estote & immobiles. unde Gregorius dicit super Ezechiel. Lapis quadrus est, & quasi ex omni latere statum habet, qui casus in aliqua permutatione non habet: sed uirtus est quae immobiliter facit operari, ut dicitur in 2. ethi. ergo uidetur quod ex omni operatione uirtuosa aliquis status adipiscatur.

¶ 2. Praet. Nomen status uidetur ad quandam altitudinem pertinere. Nam ex hoc aliquis status in altum erigitur: sed per diuersa officia aliquis fit altior altero, sicut dicitur, uel ordines diuersos dicitur altitudine constitutum, ergo sola diuersitas ordinum, uel officiorum sufficit ad diuersitatem status.

SED CONTRA est, quod in Decretis dicitur, quod status capitalis, uel capitalis status est agendum, ubi dicitur, prout ad libertatem, uel seruitutem, ergo per statum hominis nisi id, quod pertinet ad libertatem, uel seruitutem, non potest dici status.

RESPON. Dicitur, quod status proprie dicitur ad quandam positionem differentiam in natura, quasi in quadam modo naturae homini, ut capax, uel